

me quam densissimis occupationibus distractum clamavi
et hanc nonnihil veniam apud literatos promereri. solo
ultimo bimestri inuenio et stupeo et indignor scripsisse
me vario sermone ad CCXVII epistolas priuatas. Adde
rotam Ixioni, et quam ex loei, res publicas me exerceat
expendes: Iudicabis quam angustis tot epigrammatis
sederint: per quas rimas emissas, gracilitate sua
nimium, punxerint ut de aristis dicebamur. Sed
licetne, inquis, per doctorem cuius in verba iurasti.
epistola sinistram legentis manuum implere scias
si tertiam inuenias, quam ad innocenti seruo Senex
Aulularius poposcit, iam occupata sit, neque occupata
metamen, qui et ista me nugari testor inter, non
ausim quasi queri, ~~quod~~ aruacamenta. vales tandem
viro doctissime, et vel hanc etiam de causa sile, ut
sic loqui desinam. In Aula Principis pistrino meo,
B. duo post Id: Novemb: CLDCCXXVI

Borstio.

Amplissime ac doctissime Domine.

(240).

In fauceolario tuo, qui statim ecce soluto gelu, sanus et
satus ad te redit, non tam otiose ego, quam ille penes
me latuit. si secui credas, docere possim, nondum
te sottis meae sortem satis intraspexisse. Tantum
neque Sisypho neque Ixioni vacet, sine enim rotae meae
sine saxo affingas, ex rino comparatio est. Feci
igitur in hoc Musaeo quod in tuo, breui et libentius
facturus sum. si successus instituto respondeat. huius
omnia et libani, sed festino pede, manu alata, oculo
rotabili, opera denique desultaria, sicut meus est mos.
quem ut vitio fatenti veritas, libuit sic exponere, quo
minus tremas ad futuram cladem, qua instar fulminis
inauspicati impetum in tot meliora ~~retraxit~~ tua
sed subitanum et breuem facturis sum. Fauceolaris
porro, si loqui possit, testaretur quam grati animi
affectu ad te remittatur. muto et obliqui cum ne
hoc quidem in mandatis dari potuerit, patere hoc
me μοι δάξον addere, sermone, qualem vides, rudi
et insulso. Accedit ad cumulum infelicitatis vestrae,
quod Haga tam vicini vinitis homines eruditi, ubi
quid ex literaria suppellectile aulicorum vobis
impudentia extorsit, ut ne recuperare id quidem
sine

sine

sine cruciatus possitis, durâ latinitate, qualis in his officinis auditur, sane lancinatis. At in Heinsio hoc, pridem in Bossio, Barlaeo alijs consuetudo est et habitus. si pers aut cupis ne sim tiro tuae semper amicitiae, specta juvenis armatae auri est, et firmare animum expedit constantibus exemplis: in ea tempora natus es. Nunc, ut pauli benignius te dimittam, vale et me ama Vir doctissimo et amplissimo Tuis C.H. 29. Dec: 1636.

Lareno.

(250).
 Ditasti me munisculis tuis Vir Revereade, ego te alienis, cum de meo non sit, quod ~~rependam~~ rependam. ergo quantum hic beneficii agnosces Principi meo acceptum fecto. me ut vel mallei vel cunei loco habeas, opera pretium, et abunde fecero. Superest ne hoc munda aliquantulum mihi importetur, quod si ab humanitate tua impetravero, qui avocamenta nostrae et aulae genium non ignoras, omni gratiae vicem superaveris magis, quam impleveris, quicquid enim tibi suggeras nihil neque cuneo neque malleo debes, sed victrici dexterae, quae illos rexit, et his pauculis non invidei subseripsit. Amato et hanc meam, tamen licet immerentem nisi quod, et libentissime hic testatur et subscribit esse me ex animo tuo C.H. 7. Januarii 1637.

Protio.

Nobilissime et Amplissime Domine.

(251).
 Quod ab Affine Reigersbergio in antecessum accepisti, rogat te Princeps meus, ut paulisper hoc sibi vales, et quâ commodo tuo fieri possit, sententiam scripto exponas circa tres quaestiones schedula istâ comprehensas. Prima, ut intelliges, illustris est, et apprimè te digna; proposita pridem quoque nonnullis et praecipuis, sed communium et quales hoc fere forum occupant trivialium causarum patronis. quorum solutiones proinde trepidè, et ita ea pœces. datae non fuit visum acquiescere. Quae sequitur, ut multifaria sit, neque unius generis, minus nodi habet, inspectis, quae accedunt Testamentis, et quas impetravimus ut ad singula fenda annotari, strictius laxius ne testandi licentijs. Adeo hic stabiliendis magis aliorum opinionibus et responsis adhiberi Vir summe, quam ut quasi desperato ulcero archiater invoceris. Tertia, ne fallaris, non Jurisconsulti cuiuspiam, sed solius Principis est. qui tteci tē ad vātē tē ita ppa los, non semel movitus, controuertere
 Chae